



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aluari Pelagij de pla[n]ctu eccl[es]ie desideratissimi libri  
duo et indice copiosissimo et marginarijs additionibus  
rece[n]s illustrati**

**Alvarus <Pelagius>**

**Lugduni, 1517**

Septuagesimusquartus ar. de vitio ambitionis religiosorum aliquorum [et]  
aliorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29953**

et eorum ignis est. cui debet dici a sapiente castissimum. Noli me tangere. sicut pater in exemplo supra posito de beato Rodolico: qui matrem noluit deo seculari. ad hoc xxxii. dist. hospitalium. ubi dicit Hieronimus. Si bonum est muliere non tangere. ergo malum est tangere. xxxii. q. v. nec solo. De tactibus impudicis in se resigi. s. in ista. ii. parte. in expositione threnorum. in. ii. ar. in. s. plura ergo. v. est autem. cum ver. se. ¶ Alia occasio est videre vel sentire alios pariter commiseri. quia ex hoc icatur natura corrupta ad libidinem. Unde psalmus toletanum. Proclivis est ad voluptatem et imitatrix natura visorum. xxx. q. iii. c. ii. Non expedit castis habitare cum concupis. Pro omnibus istis corruptio nibus mentalibus et sensuum dicebat sanctus Basilius. Mulierem non cognovit: virgo non sum. quia vera pudicitia non solum est in corpore: sed in animo potius et sensibus. xxxii. q. v. per prima. xv. c.

¶ Articulus lxxiii.



**Apeditis preuari**

rationibus aliquo: cum religiosorum in tribus substantialibus que premittunt scilicet in paupertate obedientia et castitate. et hec penultimate pro eorum salute. ad alia eorum vitia etiam in quibus hodie participant cum alijs hominibus accedamus. Unde et eorum aliud vitiosum communiter est ambitio. Nam isto carnali tempore religiosi quidam magis sunt ambitiosi ad scientiam honores et gloria huius mundi: quam alij seculares. Nam et per se et per amicos consanguineos suos intus et extra ordinem honores et studia (ut presertim) procurant: et precibus et ententibus se frequenter minis et terroribus et malitijs et cavillationibus. Nam et communiter ad nullum alium finem student multi ex eis (sicut experientia manifestat) nisi ut possint fratribus dominari: et in ordine et extra ordinem exaltari. In nec cõiter vacat studio negligenter: et cõiter parum sciunt. quod non diligunt scientiam: quod est donum spiritus sancti. Isa. xi. propter eius finem debitum. ut deum melius cognoscant: et ei serviant et proximo. sed ut ea potius apparenti quam essentibus honores et exemptiones et divitias consequantur. sicut oculare videmus. Magnitudo huius peccati ambitionis cognoscitur per penas pro eo inflatas. Eorum enim cum multis leuitis de maiore igne divino succensum sunt: quod sacerdotum rapere voluerunt. Numeri. xvi. q. i. denique Item Dathan et Abiron: qui invidiam Moyse de ducatu: terra abstraxerunt. sicut ibi dicitur. et de elec. licet. Item Ozia rex septuaginta annos: sacerdotum occupare voluit. iiii. Reg. xv. c. ii. Paral. xvi. q. vii. Item cum Galaad per. sicut ergo. ¶ Et propter hoc committit simonia. Omnis enim ambitiosus in simoniam tendit. ii. Machab. iiij. Ambiebat Jason frater Dnie summus sacerdotum aditorem promittens argenti talenta trecenta octoginta et octo. Istud fuit peccatum primum luciferi ambientis sedem equalem deo. Isa. xliij. de peni. di. iij. principum. cum. s. p. c. Ber. Quamvis vobis hodie feda sequuntur vestigia: immo quam pauci evadunt quibus libido dominandi non dominef quam sequimini miserum. Nonne iste est mons in quem ascendit angelus: et factus est diabolus? Item Ber. Ambitio subtile malum. Secretum virus. pestis occulta. doli artifer mater hypocritarum. liuoris parens. vitiorum origo. criminum fomes. virtutum erugo. tinea sanctitatis. cordium eccentrica. et remedia morbos creans. Hoc peccatum dissuadet apostolus ad Hebr. v. Nec quisquam (inquit) sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tamquam Aaron. viij. q. i. in scripturis. et de elec. qualiter. Sic vocatus Nicolaus. sic sanctus Ambrosius. sic sanctus Severus. lvi. dist. s. huius oibus. sic Dathan. Actuum. i. xvi. q. ii. non exemplo. sic Josue Josue. i. viij. q. i. moyses. Quoniam etiam quos canonicus electio et concursus vocat: deus vocare presumitur. viij. q. i. Item ergo. i. q. i. ordinationes. c. si quis neque. Sed hodie canonice electio facta est diabolica. Plures enim sunt in ec-

Religio  
so:u  
am  
bitio.

desa qui eliguntur a diabolo: quam a deo: et qui non per gratiam dei: sed per gratiam hominum electi sunt permittente deo. s. q. i. si quis neque. c. nullus itaque. viij. q. i. audacter. Unde non deberent tales plati ponere in literis suis: quia dei. s. gratia hominum et dei furios electos. Dicitur. Dabo tibi regem in furoribus. Spiritus mendax ascendit in cor elatum et altum. iij. Regum. xvi. et dicit. Ascende in Ramoth Galaad. Ramoth interpretatur excelsum signum: et significat dignitatem. cuius appetit est certum signum reprobationis. quod sicut dicitur. quicquid desideraverit primaturam in terra: immetur confusionem in celo. Nec inter servos christi copurabitur: qui de primatu tractaverit. et distitit. quicquid alii est sub. c. multi. Galaad interpretatur transiigrans testes. quibus sit transiigratio de bonitate in iniquitatem. ps. x. Transiigra in monte sicut passer. q. honores non dote gunt sicut Archid. quod mutant mores. sicut patet in Daniele ante regnum humilium post superbos. i. Reg. xv. Dicitur. Supbia rotas ad culpam apostasie dilabit: quoties precesse hominibus delectatur. Item Dicitur. prelate: tanto igitur submittis caput onerari. Sed quem contigerit saluari de his qui principat in tantis ruinis et tanta pigritia: video tam currentes et spore se proicientes in pericula. Numeri. xxv. Tolle cunctos principes populis: et suspende eos pro sole. ubi dicitur. Item si homines cogitarent principatus non ambirent. sufficit enim pro peccatis proprijs argui et reddere rationem. quid necesse est pro peccatis populi offerri contra sole? Fugit christus in monte quem vellent eum facere regem. Ioan. vi. Item Item non voluit ad crucis vero patibulum spore venire. Oblatam gloriam culminis fugit. penam probo: ose motis appetit. ut mēbra eius diceret fauores mundi fugeret: et oculos minime timeret. Contra ambitiosos. i. q. i. principatus. c. nullus itaque. ubi de hoc. x. q. v. c. vlti. ubi de hoc. x. q. v. sanctum. Item dist. miramur. viij. q. i. in scripturis. c. c. qui episcopatum et de preben. q. intantum. et de rescrip. q. per ambrosius lib. vi. de elec. auaritie. in prin. lib. vi. c. quoniam. quod c. expresse loquitur de ambitione religiosorum. Item in hoc vitio expeditur: que hic de hoc scripti et plura alia presertim etiam supra in palma parte. s. cum vero ecclesia. ver. habet cupidus glorie. in ar. lxx. Item in ista. ii. parte in. ij. c. the. in s. quod. ver. iura tropologia. in ar. v.

¶ Articulus lxxv.



**Cultum aliud vi**

tium religiosorum nostri temporis proprius acidia est. que definitur a Damasceno acidia siue tristitia aggrauata. Et hec est acidia in firmitas religiosorum quorumdam quod designati sunt in Helia. de quo dicitur. Regum. xij. quod fugerit a facie Jezabel. in deserto proiecit se ad umbra iuniperi: et perit aie sue ut moreret medio affectu. Sed in Joan. cass. in lib. de acidia. Acidia dicitur rediū vel anxietas cordis. Extra tales acidiosos sunt exempla de sole peragente continue cursum suum abs operet in occidit: qui remuneratio ne quasi sui laboris non expectat. Item dicitur. Occidit sol. Aug. Inde est christiano si radius solis eum in lecto inueniat. Posset enim dicere sol si loqui posset. Amplius laboravi et tu: et tamen iam surrexi. et tu adhuc dormis. De herbis et ceteris: que impediunt hinc caloris et frigoris in fens. Mar. vi. considerate lilia et cetera. Item Fremde formica. ca. q. d. Prouerb. vi. Eade ad formicam o piger. Ubi quing. nos stabilia et exemplaria sunt de ea. scilicet quia paruo animali docet hoc. ar. xliij. q. iij. si habes. Sed in quod multa cursum et distans quod cibum suum. et hoc est remissus in gredendo cibum aie sue: et corpus etiam frequenter. Quos ps. cxxi. Eunt res ibant et flebant mittentes semina sua. Eccles. i. Danae semina semine tuum: et vespere non cesserit manum tuam. Tertium quod non habet decem que sequatur: et qui punit negligentiā eius. homo vero habet vij. q. i. scilicet arie. Quartum est quod purum granum eligat. et homo spurcius. Prouerbis. vii. De stultorum dissimile erit. Quintum quod formica adeo se